Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



192
~~198~~ 199

offertorium missa Misericordia mea deus a conuertit Oratio

DEus qui bonum mandatum euangelistam tuum
euangelice predicationis gratia sublimasti
tribue quesumus nobis eius semper et meditatione pfi
cere et oratione. per dnm ad Corinthios f. c. 9. defendi

FRates. Qui altari deseruiunt cum altari
participantur. Ita et dns ordinauit his q
euangelium annunciant: de euangelio uiuere. Ego autem
nullo horum usus sum. Non scripsi autem hec: ut i
me ita fiant. Bonum est enim mihi magis mori quam
ut gloriam meam quis euacuet. Nam si euangeli
zauero: non est mihi gloria: necessitas enim mihi incum
bit. Ve enim mihi est: si non euangelizauero. Si
enim volens hoc ago: mercedem habeo. Si autem in
invitus: dispensatio mihi creditam est. Quae est ergo
merces mea ut euangelium predicans sine sumptu
ponam euangelium ut non abutar potestate mea
in euangelio. Nam cum liber essem ex omnibus: om
nium me seruum feci: ut plures lucrifacerem. Et fa
ctus sum iudeis tamquam iudeus: ut iudeos lucrarer
his qui sub lege sunt. quasi sub lege essem: cum
ipse non essem sub lege: ut eos qui sub lege erant
lucrifacerem his qui sine lege erant tamquam sine
lege essem cum sine lege dei non essem sed in lege
christi. ut lucrifacerem eos qui sine erant. Factus
sum infirmis ut infirmos: ut infirmos lucrifacerem.
Omnibus omnia factus sum: ut omnes saluos facerem
Omnia autem facio propter euangelium: ut participes
eius efficiar in xpo ihu dno nro alla primum Gradual
musti. Alla Sedem surgens ihus Sequentia Gratias saluatori